



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

**Parisiis, 1644**

IV. Vt episcopo liceat vnam de parocitanis ecclesiis monasterium facere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15221**

ANNO  
CHRISTI  
589.  
\*predi-  
cetur;

symbolum fidei recitetur; vt priusquam dominica dicatur oratio, voce clara a populo \* decantetur; quo & fides vera manifestum testimonium habeat, & ad Christi corpus & sanguinem prælibandum pectora populorum fide purificata accedant.

III.

Hæc sancta Synodus nulli episcoporum licentiam tribuit res alienare ecclesiæ, quoniam & antiquioribus Canonibus prohibetur. Si quid vero quod vtilitatem non grauet ecclesiæ, pro suffragio monachorum, vel ecclesiis ad suam parochiam \* pertinentibus dederunt, firmum maneat. Peregrinorum vero vel clericorum & egenorum necessitati, saluo iure ecclesiæ, præstare permittantur, pro tempore, quo potuerint.

12. q. 2. Sine  
exceptione.  
Decr. luo.  
p. 3. c. 167.

\*pertin-  
tium de-  
derit,

IV.

Si episcopus vnam de \* parochitanis ecclesiis suis monasterium dicare voluerit, vt in ea<sup>n</sup> monachorum regulariter congregatio viuat, hoc de consensu Concilii sui habeat licentiam faciendi; qui etiam si de rebus ecclesiæ pro eorum substantia aliquid, quod detrimentum ecclesiæ non exhibet, eidem loco donauerit, sit stabile. Rei enim bonæ statuendæ sanctum Concilium dat assensum.

12. quest. 1.  
Si episco-  
pus. Decr.  
luo. p. 3. c.  
168.

\*parochi-  
an

V.

° Compertum est a sancto Concilio, episcopos, presbyteros, & diaconos venientes ex hæresi, carnali adhuc desiderio vxoribus copulari. Ne ergo de cetero fiat, hoc præcipitur, quod & prioribus Canonibus \* terminatur, vt non liceat eis viuere libidinosa societate; sed manente inter eos \* fide coniu-

\*congi-  
necur,  
\*lege